



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

[70. Episcopus an habeat fundatam Jurisdictionem in Masterio suæ
Diœcesis non obstante allegato Privilegio Exemptionis fundato super eo,
quod Monasterium non fuerit visitatum.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

phanis in carcere deductus sit, non potest ipse, in quem via Iuris exentio est facta, de sacrilegio aut violata immunitate Ecclesiastica conqueri, l. quanquam ff. de aqua pluvia art. Menob. de Adipsic. poff. Rem. n. 23. Et 24 à quo t. o. defecit Matthias Stephanii Pomeraniae ducis Consiliarius, l. de Jurisdictione Ecclesiastica, & Saculari in imperio extenda l. 3. p. 1. c. 14. n. 94. à Catholica alioquin nostra Religione alienus, censens hanc aifli concessionem ab Episcopo, hoc est quasi Episcopalia jura habente, esse imperdant, & consequenter qua natura est contritorum, ab eodem revocandis, nihil tam naturali ff. de Reg. Jur. Ex quibus consequens est, obiectiones per deborem allatas peccare in amphibologiam, nec posse concernere loca exempta, quae prophano alieui Praefato (qualis est Praepositus primus ab Episcopo Leodiensi.) subiecta sunt, à facis enim locis ad prophana argumentatio tanquam à diversis duci non potest. Praes loqui à separatis.

Q Y A E S T I O L X I X .

1. Ecclesia immunitari renunciari non potest.
2. Confugens ad Ecclesias, blanditiis vel altiori extractus, & carceri mancipatus,
3. Etiam si constaret de delicto per Confessionem confugientis.
4. Quod intellige, ut hic restituendus est Ecclesia.

No. posse, in prædictum Ecclesiæ tradit. Dom. Garsia Mastrillus in Decr. Siciliae dec. 169. n. 10. p. 2. Tiber. Decian. reprobans Jo. Vischum tract de Immunit. Eccles. n. 56. in Pract. Crim. l. 6. c. 26. n. 12. Peck. de Jure fiftendt c. 9. n. 3. Itaque si confugens ad Ecclesiam, blanditiis immunitatis promissa, etiam cum Juramento, aut etiam minis exierit, restituendus erit Ecclesia, qui si de ceptæ & vim passæ, Garsia Mastril. d. dec. 169. n. 13. c. Confess. 17. q. 4. vers. Et ipse Reus ductus, amore ab Ecclesia discess. Remig. tract de Immunit. Eccles. q. 15. Comes in s. com. delict. c. 12. n. 7. Covarr. var. res. l. 1. c. 2. o. n. 16. Clavis § fin q. 55. n. 6. Etiam si de delicto constaret per confessionem configentis ad Ecclesiæ: tamen enim efforma Constitutionis Reg. 1. 4. non fuisset ex amissione obseruatam, ut Ecclesiæ spoliariæ restitutio concedatur. c. congerente cap. item cum quis de ref. ff. Remig. de immunit. Eccles. q. fin. Garsia d. dec. 169. n. 12. Idque nisi crimini sita dicta constitutione Greg. 14 exceptum: quia imputandum ei est, qui nimia credulitate deceptus exivit, an si m. Remig. d. tract. Fel. 26. id quod tam en ali non concedunt, sed indistincte censent Ecclesiæ esse restituendam. Garsia d. dec. 169. n. 15.

Q Y A E S T I O L X X .

Episcopus ari h. beat fundatam Jurisdictionem in Monasterio sua Diocesis non obstante allegato Privilégio Exemptionis fundato super eo, quod Monasterium non fuerit visitatum.

1. Identitas non presumitur, nisi probetur.
2. Exemptione Capitis, non censentur exempta membra.

Nnn 3

3. Exempta

3. Exemptio est stricti juris, nec extendenda de persona in personam.
4. Exemptionis quae tendit in prejudicium tertii, non est facienda extensio ad aug-
mentum supervenientem.

CAls ex quo enata est praesens quaestio talis est. Extant in Diocesis Leodiensi plura
Monasteria utriusque sexus ordinis S. Sepulchri, quae uno excepto, scilicet Tru-
donensi, subjecta sunt Ordinariis Jurisdictioni & visitationi. Monasterium illud
non repetitur visitatura ab Episcopo vel eius vicario. Interim ex eo Monasterio pro-
dierunt duæ sorores, & concesserunt ad oppidum Huense ejusdem Diocesis gratia
Chokier Vicarius Episcopi illud visitare, & clausuram introducere intendit. Mo-
niales visitationem auctoritate quidem delegata Concilii Tridentini admittere sunt para-
tæ, sed non Ordinaria, idque duplice ratione motæ, quarum prima est, quod per
Bullam Clementis VII. enuntiantur Exemptæ. 2. quod epiusmodi Exemptiorum con-
firmationem obtinuerunt ab Urbano VIII. 3. quod Monasterium illud Trudonense
ex quo migrarunt, nunquam fuisse visitatum ad ordinario. Quarebatur quid ipsæ
respondit Vicarius, Monasterium Huense censerit Ordinario subjectum, neque ille
tenus adducta in contrarium officere prætentio Episcopi sui Domini, non prima
objectione: quoniam praedicta Moniales non probarunt in erectione Monasterii dicti
Oppidi Trudonensis fuisse Ordinis S. Sepulchri, neque enim presumunt identitas,
nisi probetur. Corn. Conf. 1. 44. n. 11. b. 44. Riminal. Sen. Conf. 1. 61. n. 3. l. 1. Rota decr. 44.
n. 2. p. 1. in noviss. Gravetta conf. 198. n. 4. Casper. in l. non hoc C. unde 26, ac ut fuisse ejus-
dem ordinis S. Sepulchri, ac etiam Exemptum, quod non conceditur, non propte-
rea dictæ moniales fuissent Exemptæ: nam exemptione capitum non censetur concessa
Exemptio membrorum. Innoc. m. ex ore de privileg. Et ibi Abb. m. 1. § 4. Nam
Exemptio est stricti Juris, nec trahenda de persona ad personam, c. sanè c. cum Capella
de Privileg. Jo. de Ferrar. in for. opof. contra Instrum. Praterquam quod Exemptiorum
quaestio tendit in prejudicium tertii non sit facienda extensio ad augmentum super-
veniens. Ang. in l. s. servitus col. pen. in pr. ff. de servit. urb. præd. Albert. Brunus Tract.
4 de Augumento conclus. q. nu. 8.

Ad 2. Respondetur, Bullam Confirmationis Urbani VIII. habere Clausulam dum-
modo hinc in usu, cuius ea vis est, ut confirmetur tantum Privilégia quæ prescriptio-
ne 40. vel 60. annorum sunt acquisita, ut alibi nota tom. 2. p. 2. q. 4. f. 4. ut taceat Epis-
copum non fuisse vocatum, nam omnibus placuit non esse concedendas Exemptio-
nes, nisi citatis iis quorum intereat, concil. Lateran. sess. 10. Fehm. in c. cum non li. c. in pr. de
prescr. Innoc. in o. dandum de Privileg. Ant. de Preiss de Jurisd. Episcopi c. 8. n. 1. 5. § 7.

Ad 3. respondetur, quod Privilegium Exemptiorum non suffragetur, eò quod non
apparet superiori em ex: cuisse Jurid. nisi probetur quod venerit casus exercendi, &
volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquiecerit. Inno. in c. dilectio n. 3. vrs.
Possessorum. Ver. alb. decr. 306. p. 1. Farin. in terminis p. 1. decr. 491. n. 8. § 10.

Nec

Nec etiam retulit, quod istæ Huenenses submiserunt se directioni & jurisdictioni PP. Augustinianorum, quia id non potuerunt, ex quo hoc præjudicium caret ordinariæ postulati, quæ est favorabilis, & cui Papa præjudicium facere non intendit. Arg. c. per verum 18. s. & 1. Saph. de Grat. & Exempt. tit. de Refr. in forma Breu. n. 50. vel Oceanus 14.

Cum aurem Controversia hæc inter dictum Dominum Vicarium & Priorissam ac conventum Monialium S. Sepulchri Oppidi Huenensis esset in Judicium deducta coram illustriss. & Reverendiss. Domino Petro Aloysio Caraffa, is auditus partium propositionibus, & Juribus utrumque productis, pronunciavit jus Episcopo visitandi illum in eo jure manutendendum, eliminatis inde PP. Augustinianis

Q U E S T I O LXXI.

Causa Collegarum Exemptorum an possint alii committi, quam eorum Collegiis sive Capitulis.

1. Capitula jurisdictione habent in Capitulares.
2. Ordinariam tamen non habent de jure.
3. Nisi habeant consuetudine prescriptam.
4. Post uno contrariorum, aliud removetur.
5. Per acta nulliter gesta induci litigendae non potest, ni nec per invalidam causationem.
6. Ante latus contestationem res est adhuc in tegra.

Causa talis occurrit, Titius convenit Mævium debitorem suum Exemptum coronum Judice ordinario, qui causam remisit ad Capitulum, cui Mævius se praetendebat subesse. Titius recurrit ad Nuncium Apostolicum, qui causam committit Sempronio Ecclesiæ Cathedralis Canonicos; excipit Mævius se perperam prima in instantia conveniri auctoritate Nuncii Apostolici postposito suo Capitulo, cui tanquam suo Ordini in immediate prætendit se subesse. Quæritur quid Juris?

Paucis respondet, Capitula certis quibusdam casibus Collegas corrigeret & particulares quosdam Jurisdictionum actus in eos exercere posse. Gregor. Sayrus in Thesaur. Theol. Moralis li. 1. cap. 6. nu. 17.

At vero de jure verius est, jurisdictionem ordinariam in Collegas non habere.

Ab eccl. causa n. 7. de offic. dec. 8. in c. ex parte decani n. 2. de Receptis.

Adiecti de jure, ut exclaudam consuetudinem, qua Capitula possunt omnimodam ejusmodi jurisdictionem præscribere. c. cum contingat de foro comp. l. 1. & l. f. c. d. Eman. cip. h. dul. tit. ubiq. verb. Consuetudinem de arbitrio, qualis non probatur in hoc casu, apud acta competere huic Capitulo in Mævium, proinde cum ea non sit notoria, judex eam suppleret non potest, prout latius alio in loco ostendi de Juris ord. in excep. l. 2. q. 6.

Praesertim quod implicet contradictionem, aliquem exemptum ab ordinaria jurisdictione subiici immediate Papæ, ut est exempio Mævii, & nihilominus habere aliquem alium inferiorem à Papa, cuius ordinariae jurisdictioni subiicitur, ut est ea juridicæ, quam Mævius suum Capitulum habere asserti in singulos de Capitulo illiusque membra. Obstat enim huic adiunctioni hæc juris theoria, posito uno contrariorum in esse, removetur aliud. l. si inter me & te ff. de excep. Rei Jud. l. Pomponius §. si in fin. ff. de procurat. preses in loco à contrariis.

Id